Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

·iſ· moꝝ·

presunt ⁊ benignum. Theoph. Quidam cum manerent quidam germanum approximantes petro. dicunt quod ideo negavit petrus quia volebat semper esse cum xpo ⁊ sequi continue. Noverit enim quod si fateretur se esse de xpi discipulis. divideretur ab eo. ⁊ non haberet spatium ultra sequendi videndi quid diceretur. Unde simulavit se officii gerere ministrorum. ne vultus mesticia cognitus. excluderetur. Unde sequitur. Stabant autem servi ⁊ ministri eius ad prunas quia frigus erat. ⁊ calefaciebant se. Erat autem ⁊ petrus stans cum eis ⁊ calefaciens se. Aug. Non hyemps erat ⁊ tamen frigus erat. quale solet etiam equinoctio verno accidere. Greg. Iam autem intus a caritatis calore petrus torpuerat. ⁊ ad amorem presentis vite. quia ad persecutorum penas infirmitate estuante recalebat.

Pontifex interrogavit ihm de discipulis eius. et de doctrina eius. Respondit ihc. Ego palam locutus sum mundo. ego semper

Alcuin. Quia xpo nullum crimen inferre poterant. de discipulis interrogabant. Unde dicitur. Pontifex autem interrogabat ihm de discipulis eius. fortassis ubi erant. ⁊ cur eos congregasset. Hoc autem dicebant quasi seditiosum ⁊ novarum rerum factorem eum esse redarguere volens. quasi nullo alio attendente ei quam eius discipulis. Theoph. Explorat insuper de doctrina. Unde sequitur. Et de doctrina eius. cuiusmodi scilicet foret. utrum a lege discrepans. ⁊ adversa moysi. Ut

docui in sinagoga et in templo quo omnes iudei convenerunt. et in occulto locutus sum nichil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis. Ecce sciunt hii que dixerim ego.

ex inde occasione accepta. ut dei emulum perdat. Alcuin. Non enim cognoscende veritatis amore interrogat. sed ut causam inveniret qua eum accusare potuisset. et tradere romano presidi ad dampnandum. Sed dominus ita temperavit responsionem. ut nec veritatem taceret. nec se defendere videretur. Sequitur enim. Respondit ihc. Ego palam locutus sum mundo. ego semper docui in synagoga. ⁊ in templo quo omnes iudei conveniunt. ⁊ in occulto locutus sum nichil. Aug. Non premenda hic nascitur questio. Si enim ipsis discipulis suis non loquebatur palam. sed horam promittebat quando palam eis fuerat locuturus. quomodo palam locutus est mundo. Deinde ipsis discipulis suis multo manifestius loquebatur. quando cum eis erat remotus a turbis. Tunc enim ⁊ parabolas aperiebat. quas clausas proferebat ad alios. Sed intelligendum est ita eum dixisse palam locutus sum mundo. ac si dixisset. multi me audierunt. Et rursus non erat palam. quia non intelligebant. Et quod seorsum